Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Nequitiae duces oculi

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

NEQVITIÆ DVCES, OCVLI.

SErpenti, loco anguſto inſinuare ſeſe dum conatur, ſi caput modo uſpiam detur immittere, protinus integro corpori facilis eſt tranſitus. Anguis iſtius myſtici caput, id eſt, primam peccati ſuggeſtionem, ſi admittemus, ilicò ad ipſa cordis penetralia malum præcurret. Hic & alibi principijs abſtandum eſt: nam quemadmodum ſcalas quaſdam Iacobæas extare novimus, quibus, tanquam per gradus, in cœlum enitimur: in via eſt quædam declivis ac prona, qua lubrico lapſu in perditionem ferimur. Nil adverſario nequius; quoties aliquem in ſcelus aliquod pellicit, non ſtatim formatum, ac ſuis depictum coloribus idipſum proponit, ſed à parvis ferè initijs, non tam malis, quàm ad malum inſenſibili quodam modo vergentibus, rem orditur, atq; ita ſenſim alterius progrediendo, id quod intendit, patrat. Nemo repentè fuit turpiſſimus. Davidem in homicidium propellere dum vult, ſi recta eo tendat, horrebit vel nomen ſceleris bonus rex, otium itaque primo ſuggerit, ac torporem, mox oculum nequam hinc adulterium, denique, iſtis promiſſis, ut neceſſarium infert homicidium. Omne peccatum ſuperbum eſt, amat aſſeclam.

ALs haer de Slanghe door een enghe plaetſe wil indringhen, kan ſy maer het hooft daer in krijghen, het gheheele lijf ſal lichtelijck volghen. 'tGaet even ſoo met de oude Slanghe, den Duyvel, de welcke ons ſoo verre open vindende, dat hy maer de begintſelen der ſonde daer in kan veſten, hy ſal lichtelijck alderley grouwelen daer by voeghen. Daer is wel een Iacobs-ladder, om opwaerts ten Hemel te klimmen, maer daer is mede een nederhellenden wech, leydende ten verderve. Den Duyvel, uyt zijnde om yemant te verlocken, ghebruyckt gantſch kleyne, ende naulijck yet van het goede afwijckende begintſelen, glijdende alſoo, onghevoelijcker wijſe, allengskens dieper. Hy, willende den David tot een doodtſlager maecken, berijt hem voor eerſt met het ſacht toomken van ledicheydt, maer verweckt daer by in hem, een krielen ſin, vuylen luſt, overſpel, en ten laetſten den dootſlach ſelfs, ſchier als een nootwendigh gevolgh van't voorgaende. De ſonde is trots van aert, ſy en wil niet alleen gaen, ſy moet t'elcken den eenen laquay of den anderen achter haer ſteert hebben. Elck dan, die alle ſonden niet wil inlaten, moet elck vande ſelve van eerſten af wederſtaen. 'tIs ghevoechlijcker, ſeyt den borgher, een moetwilligen gaſt de deure voor 'thooft te ſluyten, als inghelaten zijnde, hem uyt te jaghen. 'tIs voorſichtelijcker, ſeyt den chrijgſman, des vyants inganck te beletten, als binnen landts met hem te oorloghen. 'tIs wijſſelijck gedaen ſeyt den medecijn, de ſieckten in haer beginſelen te bejegenen. 'tIs goet, ſeyt den lantman, de ſchapen voor den dam te ſchutten. Het beſte van alle is, ſeyt den Chriſten, de ſonde al in hare gheboorte den neck te breken.

LVC. 11, 34.

LVcerna corporis tui, eſt oculus tuus; ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus lucidum erit, ſi autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint.

NILVS IN SENTENT.

COhibe oculum: cum enim non attenderis, circum volvitur. Munito aures & oculos, per illa enim ingrediuntur omnia tela malitiæ.